

## **Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

### **Tekst oficjalny**

*Commune incliti Poloniae Regni privilegium constitutionum et indultuum publicitus decretorum approbatorumque*, ed. I. Lascius, Cracoviae 1506, k. 191

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 95–96 [Gn. 87]

[95] De antequerelis.

Si vir cum scitu contra alium ad iustitiam se exhibuerit, et alter noluerit et spreverit, et vulneret alium non querulando absque iure, et ille vulneratus veniet ad defensionem et vulneret illum mutuo, et hic, qui primo vulneravit suum adversarium, prius ad iudicum veniet et conqueratur, tandem alter, in quo pax sit violata, etiam postea veniet circa lucem diei et dicat, quod initium illius fuerit et non suum. Si hoc, ut iuris est, metseptimus protestabitur cum probis hominibus, qui viderunt et audierunt, vel qui presentes fuerunt, ipse acquirit primam querelam.

[96] De filio, quem pater potest proprio iuramento iudicio eximere.

Vir potest filium suum unica manu eximere, qui est in pane suo non uxoratus, facto sacramento sic, quod filius suus reus non sit. Si autem pater et filius ambo pro uno facto fuerint impulsati, extunc patrem oportet se primo de facto veridice expurgare.

[hasła: sprawiedliwość, zranienie wzajemne, skarga, obrona, sąd, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, samosiódm, ojciec, syn, zastępstwo, pozwany, uwolnienie od skargi]